

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7326

Autre(s) référence(s) : Round 438

Auteur(s) : Guillaume Fitz-Raoul, Normandie (sénéchal)

Bénéficiaire(s) : Caen, La Trinité (abbesse)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1185

Lieu d'émission : Caen

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Reconnaissance des droits de l'abbesse de Caen sur l'église de Carpiquet, en vertu d'un bref du roi présenté à l'assise de Caen présidée par le sénéchal Guillaume Fils de Raoul.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCXLVII, t. 2, p. 261.

b. Walsley John, *Charters and Custumals of the Abbey of Holy Trinity Caen*, part 2 : The French Estates, Oxford, Oxford University Press (Records of Social and Economic History, New Series ; 22), 1994, Cartulary Documents, n° 18, p. 129-131.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationery Office, 1899, n° 438.

Texte établi d'après a

Anno ab Incarnatione Domini M°C.LXXXmo Vto.

Radulfus filius Eudonis attulit breve domini regis ad assisam apud Cadomum ad Willelmum Filium Radulfi, tunc temporis senescallum Normannie et ad alias justicias que tunc tenebant assisas, per quod breve dominus rex precipiebat eis quod facerent recognosci per legales homines quis presentavit ultimam personam que mortua erat in ecclesia de Karpiket, unde contentio erat inter abbatissam de Cadomo et Radulfum filium Eudonis. Abbatissa dixit quod ecclesia Sancte Trinitatis habuerat eam a fundamento ecclesie sue de dono regis Willelmi et Mathildis regine, et confirmata erat abbatie per cartam regis Willelmi et per cartam regis Henrici filii Mathildis imperatricis. Quibus auditis, barones Scacarii et Willelmus Filius Radulfi et alie justicie domini regis consideraverunt super Scaccar[io] quod recognitio non debebat fieri, nec abbatia placitare debebat super ecclesia illa, que confirmata est abbatie per cartas dominorum Normannie. Et ita remansit inde quieta abbatia versus Radulfum filium Eudonis de calumpnia quam faciebat in ecclesia illa per judicium baronum Scacarii super Scaccar[io], coram Willelmo Filio Radulfi, Willelmo de Mara, Hamone Pincerna, Roberto de Harecort, Johanne archidiacono de Arenis, Roberto archidiacono

de Nottingham, Ricardo Bevrel, Willelmo de Caluz, Jordano de Landa, Rogero de Arreio, Ansquitillo, Osberto cappellano, Radulfo de Lexov[io], Roberto de Bernaio, Sehero de Quinceio, Radulfo Tesson, Gilleberto de Tileriis, Radulfo de Vallemont, Petro de Argentomo, Nicholao Pigace, Johanne Pigace, Rohardo, Arturo, servientibus, Gaufrido de Rapendona, Roberto la Caille et pluribus aliis, et Radulfo scriba de Cadomo, magistro Martino de Grainvilla ; magister Gaufridus de Haia.